



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 87. Juliani Cardinalis obitus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. gnæ loco magno honore sepulturæ tra-
A. C. 1444. di jussit erecta ad tumuli pedem co-
lumna, cui omnia juvenis hujus Princi-
pis longiori vita dignissimi facinora, at-
que fortunæ casus inscribi præcepit.

§. LXXXVI.

Huniades in Valachia comprehensus.

Phranz l. 2. cap. 19. Despota Serviæ, comperta suorum cla-
de, mature auffugit. Huniades vero, Hungariam versus sumpto itinere, in Valachia captivus detinebatur, paucis tamen post diebus muneribus auctus libere dimissus est, qui denuo in Hungariam summa celeritate se recepit, ne per mortem Regis novi tumultus ibidem excitarentur.

§. LXXXVII.

Juliani Cardinalis obitus.

Occubuit etiam Julianus Cardinalis in hac pugna; quo tamen fato, varia est Historicorum fides, incertumque, an in castris, siue inter fugiendum cæsus, vel denique, cum per Danubium veheretur auri pondere, quod secum ferebat, oppressa navi submersus fuerit. Scriptores quidam rem ita referunt: Julianus, dum post sinistrum proelii eventum auffugerat, & jamjam Turcarum acies eva-

evaferat, in quorumdam tamen Hunga- Sæcul. XV.
A. C. 1444.
rorum latronum manus incidit; quorum nonnulli Cardinalem, cum equum prope stagnum potaret, agnoscabant, & magna Gobel. Pers.
auri vi instructum arbitrati, dejectum comm. l. 12.
equo necabant, ablatisque vestimentis Æn. Sylv.
nudum feris, atque volucribus in præ- epist. 8.
dam relinquebant. Hic exitus Viri fuit Chalcond.
certe maximi, & benignioris fortunæ lib. 7.
dignissimi, quem tamen Scriptores velut
omnium horum malorum Auctorem acri-
ter perstrinxerunt. Exploratum equi-
dein habemus, eundem violati foederis
tam sancte jurati prope unam extitisse
caussam, proin totius ferme exercitus
cladem ipsi imputandam. Numerabat eo
tempore nonnisi quadragesimum sextum
ætatis annum, & Zeli sui ardore, ac
profunda eruditione, quam præcipue in
Græcorum disceptationibus Florentini
Concilii tempore monstravit, amplissi-
mam gloriam adeptus est, majorem ha-
biturus, si suos intra limites permanere
novisset.

§. LXXXVIII.

*Imperator comperta Turcarum victo-
ria de conservanda unione desperans.*

Joannes Palæologus infelix Græcorum
Imperator, cum subsidia adversus
Amuratem sibi mittenda desperaret, nec

G 3

de